peris nascens colliguntur come eius ordeo turge-
scente siccatur in ymbra diebus nouem in sole in a-
rescit. fructus non pariter maturecit sed pars an-
no sequente et nux vocatur inde cognomen gre-
ci dedere. Tertium genus titimali paliu vocat.
folio rotundo caule palmum alto ramis rubenti-
bus semine albo quod colligitur incipiente vna et sic-
catum teritur. Quartum genus elioscopon ap-
pellatur folijs portulace ramulis stantibus a ra-
dice. x. aut. v. rubentibus semipedali altitudine suc-
co plenus. Quintum ciparissam vocant propter
foliorum similitudinem caule gemino aut tripli-
ci nascentem in campestribus circa opida nascit
semine albo columbis gratissimo quod colligitur in-
cipiente vna. nomen accepit quoniam capita cum
sole circum agit. Sextum platifilon vocant alij
coribiten. alij amigdaliten a similitudine nec vlli
latiora sunt folia. Septimus dendroiden cogno-
minat. alij cubion. alij leptafilon in petris nascens

gumosissimum ex omnibus maxime cauliculis et
rubentibus et semine cupiosissimum et titimalus
a greco thibion quod est mamilla ab exuberantia la-
cte dici puto.

Tisis. g. tabes macies squalor tisis.

Tlapium **B**ya. de ipso duo facit capi. vnum tali-
pilos de quo supra. alium de quo sic. **T**lapium
siue vt alij sipis agrion siue vt latini scadalion. i.
pes gallinaceus nascitur in tumulis et in vijs et su-
per tegulas herba est minuta folia habet angusta
duobus digitis longa et in summo diuisa et pinguis
virgam in medio proferens duarum palmarum
cum paucis ramulis in quibus semen fert latum
simile coriandro obrotundum et veluti conuas-
satum vnde et nomen sumpsit. greci enim thase fra-
gere siue conuassare dicunt. florem habet sub-
albidum super tegulas facile nascitur. **C**ratebas
sapiens perhibet esse alteruz genus tlapij quod
finapi piscij dicunt. folia lata habet et radices ma-
iores et liber antiquus de superiori ea que hic et
vltra folia sunt ei in terra fluenta. caule habet te-
nuem longum duobus palmis flore capitis sub-
albido per caulem totum semen nascitur et cetera.
Dau. de frigida epatis distemperantia potan-
tem eos elaturam tlapios et. quidam alius an-
tiquus liber dicit omnia. **S**te. tlapi est orsu. i. na-
sturcium babilonicum.

Thoaretrium **D**lani. folia coriandri hys pinguiora
paulo caulem papaueris nascit vbiqz precipue
in campestribus et.

Tocandeste in antidota. vium in confectione dia-
milac exponitur quod est piretrum et deus scit.

Tomentum **B**ya. capitu. de lana dicit tomentuz
et purpura id est sericum comburunt sicut lana est
stupa.

Tomias. g. veruex.

Tomi. g. incisio diuisio.

Tonoticum. g. **A**lex. ca. de cerotis et epibimatib⁹
ad stom id est confortatiuum corroboratiuum. **I**tem
Cas. se. capitu. de debilitate epis. **I**tem alibi to-
nitam virtutem confortatiuam dicit

Topacios. g. ropacius gema.

Topica grece localia **C**assius felix capitu. de po-
lippo nariuz topica adiutoria id est localia topoz
ipse locus.

Tot supra in sassafe.

Tormentiilla potentilla consolida rubea species ep-
tafilon similis pentafilo nisi quod hys. vij. folia sicut il-
la. v. radicem rubeam.

Tormentum planta cuius virtutes **B**yas. descri-
bit sed non formam

Torongi vel turon qualitercuqz dicas arabice ci-
trum est.

Toron. g. yris celestis arcus.

Trachea grece aspera.

Trachea arteria **S**riba. illa. s. per quod aer atrahit ad
pulmonem et est dictu aspa quod rustici gargalionem

appellant. & cetera.

Trachis grece asper. **Trachites** aspitans rigor rigiditas.

Trachillos. g. collum.

Trachites bleffaron. **Demo**. est aspitans palpebrarum in interioribus partibus puillimi seminis similans extantias ut coriandri vñ milij adeo ut cum amoto pollice ipressam palpebram prime tunice fricaueris lacrimarum suor necessario seqt rē.

Tracomanes **Pli**. est adiatō filis exilius & nigri folijs lenticule densis hamatis inter se.

Tracoma. g. aspitans palpebrarum apō **Dau**. proprio ca. q̄ cum aucta fuerit & quasi tunicas hñs si cus appellatur pseuerans aut tilosis vñ. s. **Alex**. grandes cicatrices tilos vocat.

Tracon **Pli**. asia fert silue scorpionem vocatum vepre sine folijs ramis subeuntibus ad vsum medicine aptum rē.

Tracoma grece epithimia vt in practica greca sili **Almanfor**. capitu. de fluxu ventris et concordia vtriusq̄ rē.

Tragakanta **Gal**. in libro de alimentis inter herbas spinosas que comeduntur nominat & est dictu yrei spina.

Tracus **Ori**. que sunt ex farris crossa vocat tracus.

Tragagantum **Bya**. radix est lata & lignosa virgas habet breues & fortes & sup̄ terram deciuces in quibus virgis folia sunt plurima & minuta q̄ circa se spinas multas & subcelatas habet que spine albe sunt & fortes radix eius cū maturauerit ferro percussa lacrimum emittit qui in sole coagulatur et tragagantum appellatur. **Eigendum** est tragagantum album & limpidum & lucidum & dulce et leue & mundum. virtus est ei similis gummi & parē plauistica rē. **Plini**. tragagantum espie albe radice multum planta apud medos & caucasum nascitur rē.

Tragano. g. callosum cartillago.

Tragas **Pli**. q̄ aliqui scorpion vocant semipede alta fructicosa folijs puillillis racemis rubentibus grano tritici acuto acumie & ipsa in maritimis nascens rē. **Bya**. tragos aut scorpion aut tragatū nascitur locis maritimis fructex est super terram longitudinem palmi vnus habens aut amplius asta est ei sine folijs in qua in sumo velut acinas minutas & ruffas sicut triticum acutum multum & gustu, stipticum rē. est iuncus marinus.

Trageon siue atragonis supra in at.

Tragerifion. g. capriolus tragerifos capra.

Tragemata liber de doc. greca efcaria apō **Alexā**. sunt ea que comeduntur in secūdis mensis vt fructus maxime habentes testas velut nuces & auelane & siles & puto q̄ ab hoc dicat tragea puluis s. seminum & sp̄rum tragimata aliquando inuenitur & est vt grecus. **Gal**. li. de alimentis tragemata autem noio q̄ post cenam comeduntur gfa

delectationis q̄ est adbibere.

Tragion **Pli**. fructex e quem sola creta insula gignit terebinto silem & seie rē.

Tragion **Bya**. nascitur increta sola folia & astas & semen filia hz & acina sed minora dia affert semē cimino sile rē.

Tragion altera folia hz filia scolopendrie & radix est illi alba & tenuis filis radici agresti rē.

Tragopone **Bya**. q̄ multi comi vocant herba est habens virgam in medio & folia filia croco radix ē illi longa & dulcis in qua virga, pferit semē nigrū beca multis comeditur rē.

Tragorinus vñ tragoriganus **Bya**. fructex est filis serpillio agresti sed latioribus folijs & glutinosave bementer atq̄ virtute potentior. & est alterū genus minora habens folia & semen que marubijz aspraon ab aliquibus dicitur. sed optimum qd̄ in cicilia nascit & creta. folia sunt ei filia sansuco rē. apō ser. inter spēs origani scribitur sonat ex noie origanum ircinum.

Tragos. g. ircus.

Tragos apud **Bya** scoxi. iuncus marinus supra in tragas.

Tragos apō **Bya** s. vocatur quedaz species spongie in ca. de spongia.

Tragos **Gal**. in libro de alimentis est inquit semē simile condro multo autem minus nutritiuuz q̄ zea q̄ multum habet qd̄ paleare propter quod & difficulter elaborabilis ē & ventris mollificatiu rē. gñā qbus panes fiunt ipsum describit **Bya**. sile est condro.

Traulus d̄ q̄ deficit in pferendō. r. elementum est grecum. sed **Ori** b. in comento afforismoz exponit blesum & **Papias** blesum dicit balbum verba frangentem. s. rē.

Trauma. g. vuln^o traumata vulnera traumata mē dicamina grece vulnera subsanantia **Bya**. ca. d̄ felle caprino.

Traumatica ē vulneratiua grece.

Tri sunt ex pasta azima sicut fila longa & vocat arabice atria.

Trialis vocatur quarta spēs flōmos earum quas **Bya**. describit supra in fl.

Tribulus **Bya** sco. genera eius sūt duo sicc^o & humidus. siccus vero folia habet similia andragne sed teneriora asse sunt illi longe & tenues exporre cte & dure in quibus spine nascuntur. nascitur locis fluuiatibus & desertis. humidus vero qui dicitur in fluminibus nascitur cuius vel coma super aquam extenditur cui folia super natāt spinas vero cellat in aquam folia latiora sūt & oblonga. asta eius in intio. i. in summo crossa est ceteruz ad radicem tenuis habens in se tenues spinas sicut spica semen est ambedus. **Plinius** vnum genus in ortis nascitur alterum in fluminibus tantum & cetera. apud nos in littoribus abundat vnde marinus dicitur grecus triuoli dicit arabes q̄ceth.

Tribiscus supra in camelea

Trichachis **P**li. trium inquit est centarium i co
gnomine trichachis succam sanguineum mittit
Theofra. a trachate accipitrum genere nome
accepisse dicit zc.

Triches. g. capilli inde trichiasis.

Trichiasis **B**e. est inclinatio palpebre capillorum
naturalium siue adnatorum ad inferiores ptes. **I**t
alibi veteres medici ad nationem capillorum tri
chiasim vocauerunt. i. lamento aut palpebra di
missa ptofima appellauerunt. ex pte autez facta
inuerfatione s'falangofin dixerunt cuz naturales
capilli interius inclinantur.

Trichocola. g. d'f medicina faciens adherere pilos
in palpebris. vt **P**au. ca. de ea re. z est nomen
copositum a triches z cola.

Tridagna dicit **P**li. vocari quoddam g'ns ofstrea
rum marinarum magnarum adeo vt ter morden.
da sint.

Trifera grece delicata.

Trifilon. g. trifolium. arabes interdum corrupte di
cunt tarafilon vt apud **A**ui.

Tridakina vocatur. g. lactuca a **S**a. in li. de alime
tis tridar qdam inquit. alterum quoddam olus sil
uestre tridakinam noiant multum secus vias na
scens in altis fossatorum z adhuc apud vocatus liba
das est puum illud olus sile siluestri lactuce h'ns
amaritudinem aliquam maiorem. cum plus augmenta
tur maxime in stipite.

Trifolium **B**ya. de iplo tria facit ca. vnu sub hoc
nomine. alia duo in. l. l'fa. sub hoc nomine lothos
de quibus supra in lo. de quibus vltimis in ser. vnu
est ca. sub hoc nomine andachocha. **A**uicē. vero
omnia tria ca. **B**ya. in vnu confundit sub hoc
noie andachocha z hoc apparebit diligenti vtri
usqz textum consideranti z sic sciri potest q' an
dachocha. a. est trifolium quauis arabes vna so
lam spem trifolij vocant andachocham fm q' mi
hi onsa fuit ab eis. **B**ya. in ca. de trifolio h'it tri
folij inquit genera sunt. x. vnum appellant trifo
lium trigonum v'f polifilon qd latini trifoliu' odo
raturum dicunt. trifolon siue oxalida v'f oxifilon d'f
latine trifolium acutum. tertium trifoliu' elemati
des appellat siue ptamenon. quartum trifoliuz
lagoceron d'f latine trifolium leporinu'. fructus e
longus minus cubito vno virgas tenues h'ns i cir
cuitu. z folia in similitudinem lupini nigra z tamen
molliora singulis virgis. tria folia p' singulas ad
nodationes h'ns coma eius in initio foliorum odo
rem rute reddit q' cu' creuerit aspalto silis in odo
re est flos est illi puus z purpureus. ex quo seme
p'fert latum z aspum in extremo longum radix
est illi oblonga z fortis virtutis acerrime zc. hec
spes quarta vocat a quibusdam modernis planta
leonis z herba flaura. de hac **B**yal. psequit vir
tutes in illo ca. z hec est d' qua et **A**ui. psequitur
virtutes ca. de andachocha. **P**li. trifolij tria s'nt

genera infantes vocant greci p'muz alij spaltion
maioze folio alterum acuto oxitrifilon. tertiu' e
minutissimum zc.

Trifolion qd in maritimis nascit' satis vbi allidit vn
da neqz in mari neqz in sicco folio satis crossiore
palmo alto in mucrone diuiso radice alba odora
ta crassa calida gustu zc. **P**li. vide ca. de tripofi
lon infra an sit idem.

Trigias grece tartarum trigia sex amurca z sex orn
nis.

Trigon. g. turtur in anti. v'lim in confectione dicta
neforatrat' trigona. i. turtur.

Trigonion bunion apud **B**ya. est secunda spes ber
bene in ca. de gerobotano.

Trigonius piscis marinus cui' punctura aculei ve
nenosa. is a **C**or. cel. pastinaca vocat

Trimineu' frumentu' exponit apud **B**ya. ca. de fru
mento qd trium meium. i. trimestre.

Tripanion. g. trepanum.

Triplicatum **A**ui. ca. de cura apostematuz vesice
calidoz in quodam emplastro vbi ponit triplica
tum. **K**asis in li. diuisionum in fili emplastro nec
plus nec minus ponit rob supra in rob.

Tripofilon z alij tripolion z apud **S**erapio. tariaco
nion v'f triconion v'f tricomon. **B**ya. nascitur lo
cis maritimis. i. littoab'. ipse folia habet apio si
milia z crossa z astam longam duobus palmis in
capite diuisa florem dicit mutare ter in die. na
mane colorem album facit media die purpureuz
sero feniceum. radix est illi alba z odorata virtus
est illi calidissima z gustu similis z cetera. e' turbit
vt patet per **S**erapio. capitu. s' turbit inquit ta
riconium **B**ya. est planta que nascitur in litto
bus maris i locis scilicet quos mare cooperit qn
vero est tranquillum non tangit. folia similia fo
lijs arfatis nisi quia sunt crossiora habet stipitem
duobus palmis longum diuisum in sumitate et
dnt q' flos eius mutat colorem ter in die. na ma
ne est album meridie declinat ad pupureuz. i. ve
speris vero fit rubecus. radix eius odorifera alba
que quando masticatur calefacit linguam z ceta
vt **B**yal. in antiqua translatione. vide supra in
trifolium marinum ex verbo **P**linij an sit idem
cum hoc.

Triptos a **B**yasco. vocatur vinum ceticuz in ca
pitulo de vino.

Trispermon cataplasma ex seminibus trib' **P**au
lus capitulo de colica. **I**tez aliud trispermon de
alijis tribus seminib' q' capitu. se. facit ad quot
tidianam.

Trisogus exponit in antidotario vniuersali q' e' ca
mederos.

Triuolus grece **S**tephanus est esquium arabi. et
est chachabum voluit dicere balcech z est tri
bulus.

Trixa herba a **C**ornelio celfo laudatur in pleuresi
z puto capillum veneris supra in adianto.

Trix trichos grece capillus.
Trociscus dictus a trochos greco q̄ est rotavel ali
 quid sile rotundū **Cassi.** se. rotulas q̄s greci tro
 ciscos vocant zc.
Trociscus balaustic⁹ **Alex.** ca. de trociscis ad disin
 teriam in disinteria.
Trociscus dyacozalio ibidē. **Item** in antidotario
 ca. se. **Item** in antidotario vlim.
Trociscus dyaellectri **Alex.** supradicto ca.
Trociscus diaspmaton ibidē z v3 ad multa.
Trociscus crocudes ibidē z est multarum laude.
Trociscus clodion vel elidion ibidem.
Trociscus ad disintericos emoptoicos z fluxuz mē
 struorum ibidem.
Trociscus marcelli ibidem.
Trociscus faustini ibidem.
Trociscus sine opio z calce ad idem ibidem.
Trociscus trigonus idē ca. de emigranea collerica
Trociscus musa **The.** Pri. z ca. de fistula ani.
Trociscus dyasymphitū **Cas.** se. ca. de emoptoica:
Trociscus ygia ad tussim. **Ale.** ca. de tussi
Trociscus amasō **Ale.** ca. de medicis ad s̄m s̄m
Trociscus dyasifalidos **Alex.** ca. de trociscis in an
 tidotis ad flegmōem renum z vesice. **Itē** **Cas.**
 se. ca. de renum dolore.
Trociscus ypocapniscus. i. suffumigatori⁹ capi. se.
 ca. de tussim humidā.
Troco. g. rota inde trociscus. i. rotula vel et q̄libz
 rotūdum sic dicitur in miratrochiten a rotundi
 tate vbi supra.
Trofas. g. alimētum trofi eibus epulūm victualū
 esca trofia alimēta inde atrofia sine alimento.
Trogites vel troglites v̄l troglit̄ **Alex.** in li. de doc. g.
 exponit q̄ est passer in foraminib⁹ domoz z pas
 serem vocant oēm auiculaz p̄nam z d̄r a trog
 q̄ est p̄pe foramen domus.
Trogo grece comedo.
Trombos. g. glomer globius alicuius rei glomera
 ton inde trūbus sanguinis. i. glomeratio sangui
 nis **Cas.** se. ca. d̄ fluxu sanguis nariū globulos s̄
 guis quos greci trūbus vocant zc.
Tropicos. g. tropicus cōuersus.
Tropogogon q̄ alij cōium vocant caulē hz p̄nū
 folijs croci radice lōga dulci sup caulem calice la
 to nigro nascit in asperis zc. **Pli.** zc.
Troxima. g. est q̄ **Aui.** vocat taraxacon ē spēs en
 diuie siluestris s̄m **Aui.** **Pau.** in calida distēpan
 tia epis z alibi ēt admistrat sub hoc noīe troxima
Item **Alex.** ca. de calida passiōe epis z in egritu
 dūibus epis. exponit in antiqs̄ synōis q̄ est sca
 riola q̄ v̄l p̄ **Aui.** ca. de cura ydropisis calide cuz
 se. ē inqt̄ alia daid armata itelligo spinas h̄is. nā
 cōsuetudo ē arabū vocare herbas spinosas arma
 tas. z moderni distingūt inter latucā agrestem et
 scariolā. q̄ scariola spinas hz in dorso **Rasis** in
 ij. **Alman.** inter olera troxima ponit.
Truxalis. g. grillus.

Tubel ara. s̄q̄ma seu batitura cuiusq̄ metalli q̄ ca
 dit ab icude q̄n maleat q̄. g. lepidos vocat̄ vt su
 pra in le q̄ ex ere ē. v̄l vnus nāc cū ere v̄sto. nam
 purgat aquam citrinam vt ip̄m.
Tubera gen⁹ fungoz. **Pli.** tubera nascūt v̄ndiqz
 terra circūdata nullisqz s̄bris nira. aut saltē capil
 lamentis nec v̄tiqz extubate loco in quo gignitur
 aut rimas sentiēte neqz ip̄a terre coberent corti
 ce ēt includunt vt plāc nec in terra ēē possimus
 dicere. neqz aliud q̄ t̄re callū sicis hoc fere z sa
 bulosis locis fructicosisqz nascunt̄ excedunt sepe
 magnitudinē mali cotōei ēt librāli pondere duo
 eoz grana arenosa dentib⁹ inimica z altera since
 ra distingunt̄ colore rufo nigroqz int⁹ cādida zc.
Tuber t̄re romani dixerē ciclamen z qdā amuletū
 vocant **Pli.** supra in ci.
Tudo q̄ ap̄d **Zui.** ē q̄ a **Dya.** orminon. s. in oz.
Tufab. a. l̄ tofab p̄oa. s. mala. sic. tufabū scripsit.
Tumbalum. p̄ tubel **Ste.** scripsit.
Tumbel aliq̄n p̄ tēbul iuenūt. z ē foliū quo vtimur
 vt supra in ten.
Tūsilas vocat̄ **Ori.** amigdalas q̄ in faucib⁹ appa
 rent ip̄asqz easdem vocat̄ paritias **Pau.** ait pa
 rismias forte corrupta scriptura
Turiōes d̄nt teneritates sumitatū arboz l̄ arbusto
 rum vt vitium z filium **Cas.** se. ca. de disinteria.
Turdilli semē in antido. v̄lim in mitridato minoz
 qdā exponunt herbe passerine s̄z v̄trūqz ignoro.
Turna. g. lupus piscie q̄ z lutius.
Turhie dicit **Aui.** q̄ est armoniacum.
Turungē ara. est dictu cirtaria z est at̄ mellissa aut
 ozimū citratū q̄ hz odorem citri. **Et** ego vidi il
 lud z extio q̄ eiusdē sit virtutis cum mellissa t̄re
 de quocūqz dicat̄ non refert.
Tussilago q̄ z cameleuce d̄r spēs ē taxi barbasci s̄z
Pli. vt supra in came.
Tus **Dya.** lacrium ē arboze q̄. g. liban⁹ d̄r q̄ at̄ de
 arabica defert̄ cādidiū ē q̄ vero de india subrufū
 sed v̄trūqz masculus. ē z t̄rū minutū valde z rufū
 de quo mānis maxie sit est ergo optimū t̄bus. q̄
 masculus d̄r subalbidū z rotundū z p̄gūe z nālīf
 lene z fragile. z q̄ ad ignē cito accēdet̄ odore sua
 uem copiose emittēs. z ita māna thuris eligenda
 ē alba z mūda z frustra minuta b̄is. **Pli.** i. ara
 bica f̄giōe d̄ca sabath⁹ colligi dicit̄ ceta vt **Dya.**
Tusuch ara. nomē ponderis granoz duoz z semis
Ra. in li. diuisionū ca. de sonitu z tinitu aurium.
 facto a leuitate capis.
Tut ara. mox celsi tutum. **Ste.** scripsit s̄l̄r.
Tuct menis supra in aldatamin.
Turbit supra in tripofilon.
Tutie nomen cadit sup tres res. s̄mo super id de
 quo **Aui.** p̄pūm capitulum facit sub hoc nomē
 tutia. z **Dy.** sub hoc nomine p̄nsolix cui s̄t due
 spēs. vna quaz d̄r p̄nsilix a **Dya.** alia spodius q̄
 ab **Auicē.** dicitur succendus z ambe sunt fuligo ex
 fumo eleuato in fornace in qua sit auricalcum.

z leuatur ille fum^o a lapide calaminari quo es tin-
 gitur z fit auricalcum zc. ponitur suba leis val-
 de vt scias ex fumo densato eē sed spodius ē gra-
 uior adeo qd ascendere non potuit in superiorib^o
 fornacis sed resedit inferius vt supra in pomulir
 secūdo cadit super dictum lapidem calaminare z
 est gleba inter lapis z terre substantiā dicta kli-
 mia ara. kadimia. g. z kalamia latine vulgo. **Q**
 aut ex hui^o fumo fiat tutia vera an p. xvij. aza-
 rauij qd est de preparatiōe medicinaz. tertio ca-
 dit nomen tutie sup quādam rem grauē cortico-
 sam intus lenē et aspaz granulofam metalofam
 qd vt fieri in eisdez fornacibus ex diurna coadu-
 natōe z densatione supradicti sumi seu fuliginis
 super aliquas res rotundas vt apparet ipsius for-
 ma de qua forte voluit dicere **Sya.** in ca. de ka-
 dimia vbi dixit qd qdam ponunt ferreas hastas
 qbus adberet fumus. qd autē ipsa generet ex la-
 pide calaminari scitur p hoc qd opifices q tingūt
 in auricalcum deficiente calaminari lapide cum
 ipsa tingunt es z multo melius qd ex dicto lapide
 z nil mirandum cū ipsa sit iam deputata p subli-
 tionem ab oī alterius admixtōe z nisi qd sumptu-
 osior eēt cum ipsa sp opus facerent. **Quicē.** vero
 vt nomen tutie cōicare etiam fumo cris qd puri-
 ficatur. afferit tñ qd illud qd ex clia sublimatur ē tu-
 tia bona. veritas autem huius apparet per **Se-**
rapio. ca. de tutia.


Vittere vocalis figurā greci
 non hnt sed faciunt eam ex
 oy dypthongo. interduz tñ
 iungunt ambas z hāc figurā
 faciunt. arabes vero vt iam
 dictum est. nec. o. nec. u. hnt
 sed vnam lram medium so-
 num inter. o. z. u. hntem qd

oao vocant. p hanc scribunt oard qd est rosa ro-
 aril qd est stello. vtz translatōes affueuerūt ei^o
 sonū velle expiere p. g. z scribūt guard z gnaril.

Gakchi. g. bacea cuiuslibet arboris.

Galanon. g. glans.

Valeriana su amantilla potentilla idē supra in fu.

Vappa vinum. vile qd pēdit vigorē cuius vis eua-
 porauit.

Valde bona alia alba. alia nigra folia fere vt olira-
 trum radice crossa gūmosa z odorifera.

Vaporii vñ curata alexandrina sit zc. **Sya.** apd
Quicē. ē papirus z est burdi ara. de quo supra in
 pa z bu.

Vardelbeb Ste. est quegenum z est bratachion. i.
 apium raninum.

Vari lenticule ephelide defedationes cutis sunt q
 maxie in facie apparent plus senis **Cor.** cel.

Vatos grece rubus.

Vatrachos. g. rana vatrachi rane.

Vatrachi kampite. g. agradule rane pue que i cam-
 pis degunt.

Vucen apd **Aui.** est achauen sic melius pferur.
 nam ipsum in lsa alif scribitur. **Step.** acuanum
 scripsit supra in ach.

Vidimi zimi apam flanticum.

Vela **Sya.** herba est folia maiora habens qd eru-
 ca sed non dissimilia z florem violaceum semē ē
 ei velud in folliculis oblongis ordine stipatū. put-
 nasturtij gustu calefactorium z submordens iu-
 pra in a.

Venerca apd **Sya.** dī acorus supra in a.

Vepres spine. p rubo sepe accipitur.

Veratrū ē elleborus vt **Adacer** ca. de obstructio.

Verbascum vocat **Poli.** taxum barbascū cui^o que-
 dam spēs vocatur tussilago z cameleuce supra in
 suis locis. **Itez** alibi ē inquit herba similis verba-
 sco que fallit sepe. p ea capta pp similitudinez folijs
 tñ minus candidis cauliculis pluribus flore luteo
 hoc romē blactaria vocatur zc.

Verbena berbena gerobotanū z **Pisterion** idem.

Verdacia in pratica **Bertrandi** ca. d egritudinib^o
 aurium dī taxus barbascus.

Vermicularis ē sempitua minor. g. aizon minor vo-
 catur vt apd **Sya.**

Verminatia q. g. gerobotanum dī liber antiquus
 de simplici medicina.

Vernix gūmū qd ara. sandaros vocatur z a multis
 corrupte sandaracha. sed sandaracha. g. est auri-
 pigmentum rubeum. due sunt vernicis species.
 vna minutis glebis albidior. alia maioribus fru-
 stris latis ad colorem pallidum tendens quas ho-
 die fere omnes pro karabe ponunt z fallunt. naz
 karabe non sic facile in oleo feruenti dissoluit vt
 hic. multi enim pictores carentes pima spē hāc
 preparant cum oleo lini ad picturas perficiendas.
 qd de karabe fieri non posset. virtutes tame am-
 barum. prime sunt.

Vertanum vocat eliotropia verucaria

Verucaria hoc nomen multis plantis attribuitur.
 dicunt verucariam eliotropium de quo supra in
 el. z dicitur verucaria quedam que coriandrum
 agreste vocatur.

Veruce **Cal.** se. fm grecos tres hz dī as. nam dicitur
 acrocordines. **Item** **Cor.** cel. li. v. d verucis
 circa finem li.

Verzition. g. turdas piscis.

Vesasa quā siri moli vel mola vocat. est barmel vt
 supra in ba. in antiquis synōis reperi banface qd
 est spēs rute agrestis

Vetonica **Plin.** vetōes inuenit in ispania eā que
 vetonica dicitur in gallia. in Italia vero serrata
 a grecis cestros aut picotropon. siue pscirotrō-
 aut conicas laudatissima erit angulosa caule cubi-
 torum duorum a radice spgens folia fere lapatii
 serrata femine purpureo folia siccantur in faria
 plimos ad vsus z cetera. **Liber** antiquus veto-
 nica habet radices aliquatenus ad digiri crosi-
 tudinem z longas ramulos quadratos folia qd i